



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Corollarium pro Religiosis circa acceptionem rerum, num. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

consumptibilibus, quorum usus ipsi negandum; aliquid tandem diminu-
à superiore conceditur, non acquirat de pretio, ex tanta potestate illam
dominium, seu proprietatem: cum e- repetendi.

nim usus à dominio separabilis sit, non sequitur, dari utrumque, si usus detur.
Scio, multos doctores d contrarium docere. Sed ego assentiri non possum, quia claram video separabilitatem, quam numero præcedente explicui.

d Caram, in Reg. S. Ben. no. 871. ci-
tans Cenedum, Petrus de Arag. Turre-
crematam, Sylv. D. Antonii. Sarrien-
tum. item Bassus in floribus pag. 256.
nostram vocans probabiliorem, licet con-
trariam probabilem.

*Corollarium pro Religiosis circa acce-
ptionem rerum.*

10. Ex ijsdem dictis fit secundò, ut quando Religiosus particularis acceptat à seculari aliquid ad merum usum, v. g. gallinam ad comedendum, minoris ea valeat, quam si acceptet abso-
lute; vel quām ex se valeat, si abso-
lute vendenda sit. Ratio est jam dicta,
quia merus usus facti, cum semper
supponat, in domino remanere perfe-
ctum domainum, malum diminuit
de pretio, cum possit à domino sem-
per repeti. Fac, te vendere gallinam
Petro, sic; vendo tibi hanc gallinam,
ea conditione, ut etiam, quando erit à
te occisa, quando jam cocta, quando
ad mensam apposita, quando in manu
tua illam ad os admovente, ego illam
possim repetere; nonne Petrus pro-
pter hanc conditionem volet pretium
gallinæ diminui? Et licet sciret, te
nunquam repetiturum, tamen non est

11. Hinc colligi posse videtur, quando aliquid ex rebus unico actu
consumptibilibus datur Religioso, majorem quantitatem rei requiri ad
peccatum mortale, quām si detur ab-
solutè, quia res data ad solum usum,
minus valet, cum possit à domino sta-
tim repeti. Puto tamen, quando adest
certitudo moralis, quod res nunquam
sit repetenda, præsertim in his rebus
ipso usi consumptibilibus, de quibus
postea nihil remanet, ad quod posse
dominus jus habere; puto, inquam,
tam exiguum esse pretij diminutio-
nem, ut moraliter judicetur, nihil di-
minuere; quando enim adest tanta
certitudo, physica illa, ut ita loquar,
potestas se habet, ac si non esset, atque
adeo non potest in morali aestimatio-
ne aliquid de pretio deducere.

12. Illam considerationem puto
probabiliorem ac tutiorem: nam
gallina, v. g. pluris valet viva, quām
mortua, pluris integra, quām in par-
tes consissa: dulciare item integrum
pluris aestimatur, quām incisum in
frustula; & sic de similibus: Poterit
ergo Religiosus significare seculari, ut
is rem comestibilem dividat; nam sic
ipse Religiosus recipiet minus, quām
si reciperet integrum, adeoque facilius
poterit, si superioris venia careat, gra-
vitatem materiae devitare. De qua vide
inferius tract. 2. cap. 4. ut etiam de Re-
ligioso invitato ad convivium, vide
gallinæ diminui? Et licet sciret, te
mox cap. 2. §. 5. n. 9.

CAP VI

